

etiam foritur effectum decretum Regium in ea expeditum, nam quandoque omnia innovata reponuntur, quandoque autem non omnia, que tempora distinguenda, & consideranda sunt, nam si ab interlocutoria legitime appellacionis virtute, in Senatu obtineat
 235 gravatus primum decretorum genus, scilicet, que hanc fuerat orque, y reponga, hoc casu certum est hujusmodi decreti virtute, debere iudicem cum effectu repone-
 236 re, todo lo que ha hecho despues de la appellacion, &c. que comprehendunt predicta tempora, nam qui omne dicit, nihil excludit, l. testatore 58. in princ. ff. de legatis 3. l. post contrarium, ff. de donationibus, Curtius Senior consilio 49. Aymon. consilio 294. Joannes Gutierrez numero 4. & 5. Felinus in capit. de quarta, numero 15. de prescript. Crescent. decisio 1. de privileg. Gomez. in regul. de trienal. quast. 2. versiculo tamen his, Cesar. de Grassis decisio 1. numero 1. 5. & 6. decisio 2. numero 3. & 4.
 237 Rursus quia dictio, todo de qua in d. decreto, quod Latine, omne, est universalis, cuncta comprehendens, l. omnes populi, & ibi tradunt DD. ff. de just. & jur. l. Galus, 9. in omnib. ff. de lib. & posthumis, & continet in se enixam, & universalem significationem. Abb. in cap. qualiter, & quando, el. 2. num. 8. de accusat. Alexand. consil. 72. visis. n. 2. post princ. lib. 2. Rolan. à Valle consil. 84. num. 22. lib. 1. & alii, quos allegat Hieronym. Gonzal. de alterna. gloss. 6. num. 20. & 21. & illa alia verba ejusdem decreti, ibi, despues de la apelacion, comprehendunt omnia attentata, que ipsam appellacionem subsequuntur, l. ff. cui legatur, in verbo post biennium, & ibi Francisc. Aret. col. 2. ff. de legatis 1. imò etiam (summa cum ratione) comprehendunt ea, que iudex semel reposuit vigore Regie provisionis, idemque iterum attentavit in eodemmet articulo, quia cum in continentibus sunt, censetur inesse, & sic non dicitur cum effectu (ut tenebatur reposuisse, imò nihil fecisse videtur, si à se repositum, iterum reposuerit, juxta l. qui sic, ff. de solutio. & ea que nos latissime congeessimus infra, 2. part. cap. fin. ante finem, versiculo sed contrariam partem, imò quod condemnatus, hanc sententia, à num. 225. & pluribus sequentibus, ubi multa ad propositum reperies, & magis ad propositum dixi supra, 1. p. cap. 3. §. 1.
 240 Ad ea autem, ad que circa diversos articulos ejusdem cause iudex post effectivalem repositionem, inter procedendum gravavit, seu etiam attentavit, non extenditur provisio, & decretum, cum loquatur expressè de his tantum, que attentata fuere à iudice, ibi, todo lo
 241 hecho, &c. & sic circa jam facta, non verò facienda providet, quia dispositio adjecta verbo, vel participio debet intelligi secundum tempus verbi, vel participii, l. in delictis, §. si extraneus, ff. de naxalibus, l. ex fallo, §. penult. ff. ad Trebel. Decius consil. 662. num. 13. Gravata consil. 2. num. 3. Cumanus consil. 166. Gutierrez consil. 1. nu. 14. Cavallos pract. commun. opinionum, lib. 6. q. 653. num. 16. quare si lex vel statutum utitur verbo, de præterito tempore, non extenditur ad futurum, sed ad ea tantum, que præterita sunt, & perfecta, ex proprio significato, l. cum lex, ubi B. & alii, ff. de legibus, ut per Jacobum Butrigar. Bart. Paul. Alexand. & alios late dixit Jas. in l. si quis id quod, numero 25. ff. de jurisd. omnium iud. & propterea alia, & nova interpellatione opus est, argumento text. in l. non potest videri, ff. de iudiciis, & sic aliter ad Senatum non trahitur processus, nisi virtute novæ appellacionis à noviter attentatis, quia que postea emergunt, novo indigent auxilio, l. de atate, §. ex causa, ff. de interrogatoriis actionibus, & nova res novum exigit remedium, l. 2. in princip. de

entre inspicendo, & vide que late dixi supra, 1. part. cap. 2. §. 1.
 Ut quando pars appellans sive ab interlocutoria, 243 sive à diffinitiva, ad tribunal non accedit pro delatione appellacionis nanciscenda, puta, quia iudex jam ei detulit, sed quia postmodum in causa iudex processit, spreto effectu appellacionis, cupit attentata revocari, & reponi, quo casu licet aliàs videatur minime posse tribunal adiri, quia deficit appellatio cujus virtute pro ejus delatione ad idem recurritur, secundum ea, que late diximus supra, cap. 2. part. 1. tamen arbitror, virtute ejusdem appellacionis jam delata, si postmodum attentavit, posse ad tribunal accedere, gravatus quia violentia non solum consistit in denegata appellacionis delatione, secundum legem 36. titulo 5. lib. 2. recopilat. ibi: Alçar las fueras, que los juces Ecclesiasticos, y otras personas hacen en las causas que cognosceren, no otorgando las apelaciones, que dellas legitimamente son interpuestas, & ibi, den nuestras cartas en la forma acostumbrada en nuestro Consejo, para que se otorgue la apelacion, & ibi iterum, y si por el lex constare que la apelacion es ha legitimamente interpuesta, alçando la fuerca, provean que el tal juez lo otorgue, &c.
 Sed etiam eadem violentia consistit in his que (spreta appellacione, eaque pendente) iudex attentando 244 exequitur, juxta text. mirabilem in l. lege Julia, la primera, cujus sunt verba: Lege Julia de vi publica tenetur, qui cum Imperium, potestatemve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jussurive quid fieri, aut quid in collum iniecerit, ut torqueatur &c. ff. ad legem Juliam, de vi publica, de quo nos latius in prima parte, cap. 1. & 2. diximus: tenet etiam per eandem legem Reb. in tractatu de sententiarum executione, in prefatione, num. 22. tom. 1. folio mibi. 307. sicque cautela erit, ut oppressus conquiretur in tribunali de iudice non deferente (cum re vera effectivè non detulisse dici potest, qui nihilominus attentavit, saltem quoad hunc effectum tollendæ violentiæ, & pro ea recurrendi ad supræmæ prætorie) quod mihi verissimum videtur, de qua difficultate vide que latissime dixi prima parte, capite sexto, per totum, licet etiam cautum erit ab attentatis noviter appellare, & pro ejus delatione, & repositione adhiberi Senatus, cum utriusque ab attentatis appellatio legitima sit, secundum Lancelot. de attent. 2. parte, cap. 8. num. 7. & 3. part. cap. 1. num. 10. & num. 25. & nos latius suo loco diximus.
 Aliæ autem plures interlocutorie sunt, que altiore, 246 & difficiliorem expeditionem exigunt, ut cognoscatur, an ab eis interposita appellacioni, deferendum sit, vel non, de quibus in discursu totius hujus secundæ partis sigillatim apponuntur.
 Et pro complemento hujus materie, qui Congregatio 247 censuerit circa dispositionem Concilii Tridentini, an & quibus casibus ab interlocutoria sit licita appellatio, unam referam declarationem Congregationis anno 1600. relatam per Quarantam in summa Bull. in verb. Archiepiscopi auctoritas. Piafec. in praxi Episcopali p. 2. c. 4. num. 191. Aloy. Ricc. in praxi Ecclesiastica appellacionum, decis. 504. à num. 1. fol. 533. quæ declaratio tenoris sequens est.
 Ad tollendas ambiguitates, & controversias jurisdictionales, que inter appellacionem, & priores instantie iudices non sine partium dispendio; cursuque justitiæ impedimento, & sæpe cum scandalo oriuntur, sacra Congregatio cum Episcoporum præposito, facta prius relatione Sanct. D. N. Clement. VIII. ac de Sanctitatis suæ mandato viva vocis oraculo desuper habito in hunc, qui sequitur modum, ad omnibus, ad quos spectat in posterum fieri, ac servari debere, mandavit, & mandat, Metropolitanis, Archiepiscopis, Primates, Patriarchæ, Suffraganeos, eorumque subditos non

non iudicent, nisi in casibus à jure expressis. Item nec alii Superiores, etiam Nuntii vel Legati de latere specificam facultatem majorem non habentes, causas in Curis ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, ad se advocent, nisi per viam legitime appellacionis ad ipsorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum jurisdictionibus, quoad alias causas eximere non possunt.
 Appellaciones nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, que realiter exhibentur, prius confiterit appellacionem à sententia diffinitiva, vel habente vim diffinitivam, ut à gravamine, quod per diffinitivam sententiam reparari non possit, in casibus à jure non prohibitis per legitimam personam; & intra debita tempora fuisse interpositam, ac protestatam.
 Nec dum causæ coram inferioribus iudicibus pendentes, ante diffinitivam sententiam, vel habentem vim diffinitivam, de gravamine illato Superiores cognoscere valeant, licet intra præjudicium cursus causarum, se id facere contulerint, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.
 Inhibitiones post appellacionem, sicut præmittitur, receptam non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, ut decreti diffinitivi, aut vim diffinitivi habentis, vel damnum per diffinitivam irreparabile continentis, aliis inhibitionibus, & processibus, & inde sequuta quæcumque sunt ipso jure nulla, eisque impune non parere liceat.
 Si appellare asserat sententiam, aut appellacionis exemplum culpa iudicis, vel actuarii habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibito concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, injungi poterit, ut soluta condigna mercede actorum, exemplum authenticum appellantis intra brevem aliquem competentem terminum tradatur.
 Ab executione decretorum Sacri. Concilii Tridentini, aut visitationis Apostolicæ appellaciones à Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute ejusdem Sacri. Concilii procedunt uti Sedis Apostolicæ delegati in causis, que sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salva tamen in hoc casu Legatorum & Nuntiorum Apostolicorum Auctoritate.
 In causis verò visitationis ordinariorum, aut correctionis eorum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur, nisi de gravamine per diffinitivam irreparabile agatur, vel cum visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione judicialiter procedat, tunc enim appellacioni locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.
 Cum gravamine, quod per diffinitivam reparari nequit, ut indebita carcerationis, vel torture, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, non nisi visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittitur, aut inhibitiò, vel provisio aliqua procedatur.
 Causa appellacionis pendente, appellantis in eodem, quo reperitur carcere permanebit, quoad iudex, ad quem appellatum est, visis actis, & causâ cognitâ aliter decreverit, & tunc si à iudicis ad quem decreto vim diffinitivam habente, fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.
 Acta originalia processus primæ instantiæ ad iudicem appellacionis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspèctum incidat, que judicialiter obijciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad ordinarium, ut in suo Archivo conserventur.
 Censura Ecclesiastica in appellante prolata relaxari, aut nulla declarari per iudicem appellacionis non Salgado de Protect. Reg.

possit, nisi auditis partibus, & causâ cognitâ, tuncque si confiterit eam justam esse, ad iudicem, qui excommunicavit, appellans mittendus est, ut ab ipso, juxta factos Canones beneficium absolucionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem præstiterit, obtineat; si verò injusta esse, clarè appareat, superior absolucionem impendat, si dubitetur, honestius est, ut ad excommunicationem intra brevem aliquem competentem terminum eidem præfigendum, absolvendum remittatur, licet etiam superior hoc casu id ipsum per se præstare jure possit.
 Absolutio ad cautelam, non nisi parte citata, & visis actis cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolata, vel à jure si occurrant dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit, tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & præstura per excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatum Ecclesiæ tantum: & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cavere de iudicio sibi coram excommunicatore quis tenebitur prius, quam ad cautelam absolvatur.
 A sententiam diffinitiva contra verum contumacem prolata, & appellatio non recipitur, nec inhibitiò, aut alia quævis provisio, quando appellans in hujusmodi vera contumacia perliterit, concedatur. Romæ in sacra Congregatione die 13. Octobr. 1600. Alex. Card. Florent.
 CAPUT II.
 Appellacioni gravamen præcedenti, aut conditionali, nisi, &c. seu etiam minus legitime, ubi aliàs licitè interponi potuit, aut iudex non deferens, vim faciet, & quo tunc decreti genere uti solet Senatu.
 SUMMARIUM.
 1 & 6. Advocatorum error damnus appellacionem conditionaliter, peto hoc, & quatenus non concedas, appello, & iudicis non expectata determinatione recurrunt ad Senatum per viam violentiam.
 2. Decreti genere quo tunc utatur Senatus.
 3. Appellatio conditionaliter, & à nondum illato gravamine non tenet.
 4. Exceptionem oppono; & si non admisseris, appello, appellatio legitima non est.
 5. Exceptionem antequam iudex, vel admittas, vel rejiciat; pars non dicitur gravata.
 6. Potens aliquid fieri, & quatenus non fiat, appellas statim, non valet appellatio.
 7. Gravamen est causa fundamentalis, & finalis appellacionis.
 8. Gravaminis cessante causa, cessat appellatio.
 9. Appellare non potest non gravatus.
 10. Gravatus iudex tacite procedendo ad alium quod non comparitur cum jure partis, & eo quod petit.
 11. Gravamen præcedere appellacionem, non est converso, & exceptionis tacita, vel expressa expectata determinatio.
 12. Præposteratio vitiat, & annullat actum.
 13. Gravaminis causa expressè est proponenda appellacione ab interlocutoria.
 14. Appellare à gravamine, & pro ejus causa assignare, omnes, que ex actis possent colligi, non sufficit.
 15. Causa talis debet appellacione proponi, qua si foret probata, reputaretur legitima, aliàs non tenet.
 16. Conditionaliter appellatio emissa non tenet, quia nulla causa gravaminis potest in ea exprimi.
 17. Conditionaliter emissa appellatio dicitur à futuro gravamine, que non admittitur.
 O Cond.

158 De Regia Protect. vi oppress. appell.

- 18 Conditionalis appellatio (si contrarium fecerit) non devolvit causam ad superiorem.
19 Conditionalis appellatio non impedit, quominus iudex queat ad ulteriora procedere.
20 Conditionalis appellatio virtute aditus Senatus, vel decernit, vim non fieri, vel propriis por agora non haze fuerca.
21 Conditionalis appellatioi proposte si subseqatur gravamen, an sit deferendum, vel alia nova sit necessaria.
22 & 29. Conditionalem appellacionem, subsequto gravamine alia non indigere, qui teneant.
23 Conditionalis actus trahitur retro purificata conditione, ac si a principio fuisset purus.
24 Conditionalis appellatio accedente gravamine, an devolvat causam, & currat appellanti tempus ad prosequendum.
25 Conditionalis appellacionem subsecuto gravamine non sufficere, sed nova alia appellatio sit necessaria, verius putat Aurbor.
26 & 27. Conditionalis appellatio non devolvit, nec causat attentatum, nec postmodum convalescit.
28 Conditionalis appellatio non sufficit, si post eam iudex per sententiam negaverit, quod in appellacione petebatur, sed nova est necessaria.
29 Secundum communem opinionem.
30 Iudicium non debet esse in pendenti.
31 Fictio ut retro abeat ad tempus dispositionis, debet adesse habitas exterrorum.
32 Fictio translativa duo requirit habilita, tempus a quo, tempus ad quod.
33 Fictio extensiva non potest dari in appellacione conditionali, quoad sui convalescentiam.
34 Lex non fugit super impossibili de natura, & de iure, ne sibi repugnet.
35 Presumptio ad id, quod fieri non potest, non porrigitur.
36 Jus non fugit, quod sibi ipsi contrarium est.
37 Principale si non subsistat precarium, conditio, & alia accessoria evanescent.
38 Conditionalis appellatio (si me gravaveris, &c.) non convalescit, etiam si dicat: Appello ex nunc, prout ex tunc.
39 Conditionalis appellatio in extrajudicialibus non impedit translativam fictionem adveniente gravamine.
40 Conditionalis appellatio ab actibus extrajudicialibus sustinetur.
41 Conditionalis appellatio in extrajudicialibus, non devolvit causam, antequam subseqatur gravamen, etiam cum clausula, ex nunc, prout ex tunc.
42 Conditionalis appellacionis precedentis virtute subsequto gravamine non recurritur ad Senatum, & quomodo tunc decernat.
43 Appellacione deficiente non est habilis recursus ad Senatum, etiam in iis casibus, quibus alias de iure licita foret.
44 Appellatio, peto revocationem gravaminis, & non nisi revocet, appello, tenet, si super legitimo gravamine interponatur.
45 Gravaminis revocatio petita est relevatio, denegatio precedentis est gravamen, a quo tunc appellatur.
46 Gravamen futurum quando trahit originem a gravamine illato, appellatio ratione utriusque valet.
47 Conditionalis sententia licet interim non possit, exequi, tamen quoad appellandum tempus currit statim a tempore sententia.
48 Condemnatus per sententiam sub conditione ante ejus eventum si efficiatur diversi fori, ligatur priori adveniente conditione.
49 Condemnatus per laicum in relegacione, effectus interim

- clericus si frangat illam, an per seculari puniatur. Et quid e converso si clericus relegatus efficiatur laicus, ibidem.
50 Conditionalis sententia tempus licet currat ad appellandum, non expectata conditione, non tamen quoad alios juris effectus.
51 Appellacioni etia in casibus aliis permittis, si nulliter proponatur, non deferunt, & quomodo Senatus decernat.
52 Appellatio juris solemnitatibus carens, nec dicitur appellatio, omnibusque juri effectibus evacuatur.
53 Delatio supponit appellacionem, super qua tanquam causa materiali formatur.
54 Qualitas non potest esse sine subiecto.
55 Appellatio nulla licet caret effectu, ita & nomine.
56 Terminus ad appellandum, ut currat a tempore notitia, debet condemnatus illam habere, quomodo sententia sit lata.
57 Condemnatus debet certificari de tenore, & qualitate sententia, ut currat tempus ad appellandum.
58 Condemnatus donec poterit habere copiam sententia, non currit tempus appellandi.
59 Condemnatus semper dicitur esse infra decem dies a tempore notitia, si sententia sententia non probetur.
60 Appellans abiens si post viginti dies a tempore lata sententia appellat, presumitur esse intra decem.
61 Scientia abique sententia intimatione sufficit, ut currat tempus.
62 Notitia ficta, & presumpta, prout notificatio ad domum, non sufficit ut currat tempus condemnatio.
63 Citatio ad sententiam facta ad domum, sufficit postea sententiam intimari ad domum, ut currat tempus.
64 Condemnatus, si dum notarius se preparat ad intimandam sententiam, non vult audire, alia intimatio non requiritur.
65 Citandus habetur pro citato si non patitur, ut ad illum perveniat citatio, vel aufugiat.
66 Citandus si aufugiat, dum citans ad legendum se prepararet, habetur pro citato.
67 Ratificatio appellacionis emissa per falsum procuratorem debet fieri intra decem dies.
68 Procuratori presenti, vel alii facta sententia intimatione, currit a domino decem dies ad appellandum.
69 Procuratore negligente in appellando restituuntur dominus in integrum, si procurator non sit solvendo. Et ipsi domino nunc currit tempus a die notitia, ibid.
70 Procuratore dolo in appellacione, succurritur domino.
71 Appellari potest petendi revocationem gravaminis, & a denegata appellari, etiam ultra decem dies a tempore gravaminis.
72 Appellans in extrajudicialibus debet omnino appellacionem interponere intra decem dies.
73 Ab appellacione exclusis in actibus extrajudicialibus ob lapsum decem dierum datur querela remedium.
74 Casus, in quibus post decem dies potest appellari per limitationes, & ampliationes remissive.
75 Appellatio sive ab interlocutoria, sive a definitiva requiritur in scriptis.
76 Extrajudicialis appellatio in scriptis requiritur.
77 Appellatio non dicitur in scriptis, si ad intimationem sententia reboundit condemnatus, quod appellat, & quod rebellio illud in scriptis redigat.
78 Appellatio ad intimationem sententia aliter in scriptis non presentata, non causat attentatum, nec impedit executionem.
79 Senatus, in appellacionibus ad se devolutis interjectis ad intimationem sententia tatum declarat, pro non debuelto, & in cognitione per viam violentiam non fieri.
80 Libellus appellacionis non sufficit porrigi coram notario duntaxat, & non coram iudice. Et tunc pronuntiat non devolutam, ibid.
81 Libellus appellacionis ut legatur iudici, non est necessarium, licet sit, ut coram ipso presentetur.

Recognitio

- 82 & 83. Recognitio scriptura privata coram notario, seu Alguazello de commissione iudicis dicitur confessio, in iudicio, qua executionem meretur.
84 Appellatio viva voce coram iudice, nisi incontinenti abuec sedente pro tribunali non prodest.
85 Notarius intimans sententiam de mandato iudicis, nullam recipit jurisdictionem.
86 Appellatio illegitime, & nullite interjecta quando dicitur remissive.

1 P A S S I M contingit inter interponendas appellaciones a gravaminibus, decipi advocatos: aliqui namque proponendo aliquam exceptionem, statim simul & appellacionem emittunt, nempe oppo- nendo subreptionis exceptionem contra rescriptum: & quatenus iudex procedit in causa, appello: aliqui vero conditionaster hoc modo, peto terminum, & si illum negaveris, appello, vel si hoc feceris, vel si illud negaveris, appello, & similiter & statim alia iudicis super petitis non expectata expressa, vel tacita pronuntiatione, confugiunt ad Senatum pro remedio violentie, quod quidem post actorum inspectionem Senatores iustissime solent decernere, quod vim iudex non facit, & interdum, vel quod pro nunc violentiam non intulit, vel quod minime per debitum ordinem venit ad Senatum (hoc est, no viene por la orden) & quod iudici remittitur secundum casus veritatem, de quorum singulis, brevissime tamen, noster erit nunc sermo. Talis etenim appellatio conditionaliter, vel a nondum illato gravamine, sed inferendo interposita: nulla est, non valet, nec tenet, ita docent Phil. Franc. in c. ut debitis honor 9. de appell. qua. 2. sub n. 9. & in c. dilecto 63. nota 3. sub n. 1. Cor. consil. 80. in decisioib. sub n. 3. lib. 1. qui mirabiliter rem hanc tractant, Innocent. in c. super eo 1. de appella. & ibi Joan. Andr. Immo etiam in eodem cap. super eo, Speculat. in tit. de appella. §. qualiter columna 1. in fin. versiculo item quod faciat iudicem. & ibi Bald. In additionib. versiculo dubium facit an si dilecto, &c. columna 12. idem Bald. in leg. ante sententia, C. quorum appella. col. 2. versiculo quarto an ab interlocutoria gloss. Joan. Andr. & Panor. in princ. c. 2. ut lite non constet. Innoc. Panor. Joan. Andr. & Imol. in c. significaverunt de testibus, Lap. & Geminian. in c. 1. in su. principii de concess. preben. l. 6. Joan. Andr. & Panor. in d. dilecto & ibi plene Innocent. Geminian. in c. 1. §. quod si appellatur, sub n. 4. de appell. in 6. Scaccia tract. de appell. qua. 5. art. 2. num. 103. Guido Papae tract. de appell. qua. 26. sub n. 1. Rugiellus in tractatu de appell. §. 2. c. 3. sub n. 71. qui omnes affirmant, non posse quem hoc modo appellare, oppono hanc exceptionem, quam si non admitteris, vel ad ulteriora procedas; vel illud facias, & si facere reculareris, appello: non est legitima appellatio, sed nulla, & inefficax; quoniam opponens exceptionem, debet prius expectari, an iudex admittitur, vel rejicit exceptionem, & postmodum ab illato gravamine appellare, quia antequam iudex admittat, vel non admittat, pars non habet gravamen, de quo possit conquiri, & est textus expressus in c. dilecto 63. de appell. ubi late Doctores, & post Innocentium in d. cap. significaverunt, num. 3. versiculo nota 4, quod ab interlocutoria, & Angelum consilio 188. sed nunc videndum in princ. dicit Cardin. Tufchus pract. conclus. tomo 1. littera A. conclus. 361. num. 6. quod appellatio a gravamine inferendo non tenet, & ideo ille, qui petit aliquid fieri, & si illud non fiat, appellat, non valet appellatio. Idem etiam & mirabiliter tenuit pluries Rota Romana, ut testatur Jacobus de Puteo in dec. 311. & dec. 313. p. 3. Achilles de Grassis dec. 14. de appellat. & per eundem Achillum idem tenet Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limi 50. a num. 192. usque ad 195. Marra in compilatione decisionum, tomo 1. tit. de appella. c. 93. Salgado de Protect. Reg.

& Geminian. Gravet. Phil. Franc. Scaccia locis superius citatis, & alii per eos allegati dicunt, ignaros advocatos huiusmodi appellaciones proponere solere, non expectato gravamine a iudice inferendo.
Quae conclusio verissima est, & eo fundata, nam gravamen est causa finalis, & fundamentalis appellacionis, & hac propter illud concessa est, & introducta a iure, c. ut debitus 59. de appell. adeo ut gravaminis cessante causa, cessat appellatio, cap. cum cessante, de appella. Tiraquell. in tractatu causa cessante, num. 41. in princ. tractatus, & ideo non potest appellare non gravatus, Bal. in l. unic. sub num. 7. C. ne liceat una eisdemque causis. Philipp. Franc. in cap. si duobus 7. num. de appell. Abb. in c. interposita, n. 76. nota. ult. sub n. 2. de appell. Alex. consil. 89. n. 8. lib. 1. Doctores in cap. debitus bonor, per illum textum & est text. in cap. omnis oppressus 2. quaest. 6. Cardin. Tufchus pract. concl. tomo 1. littera A, concl. 361. num. 1. & sequentibus, conclusione 402. num. 15. & 16. concl. 347. n. 11. Bald. in leg. post sententiam, n. 4. versiculo, illud esto, Cod. de sentent. & interloc. omnium iud. & in leg. fin. n. 2. versiculo sed hoc falsum, C. quando provocare non est necesse. Innoc. in cap. brevis de iur. Nicellus in tract. de concord. gloss. concord. 6. fall. n. 43. num. 84. tomo 18. fol. 194. Gregor. Tholot tract. de appella. lib. 5. c. 1. num. 1. fol. 461. C. de dec. 61. num. 1. Calar. Barz dec. Bononi. dec. 62. f. 1. fuit, n. 10. & hinc dicunt Bur. in c. quoad consultationem, columna 3. post remedium, num. 16. de re iudic. Petrus Surdus consilio 405. num. 26. lib. 3. Gratian. in disceptatio. foren. 1. tomo, cap. 170. num. 11. & cap. 39. quod appellatio solum conceditur, constituto de gravamine per iudicem illato, quod procedit sive gravamen sit expressum, sive tacite illatum, ut quia iudex procedit ad id; quod non compatitur cum iure partis, & eo, quod a iudice peti. Bald. in l. ante sententia, num. 6. versiculo quarto, an ab interlocutoria, Cod. quorum appellat. quam refert, & sequitur Francus in c. ut debitus quaest. 2. sub num. 9. versiculo 3. hanc sententiam, de appell. Scaccia tract. de appella. q. 5. articulo 2. n. 107. & post Bal. & Jaf. Mena tenet Philip. Corneus cons. 80. sub num. 6. ad medium volum. 1. & facit Putei dec. 311. num. 3. p. 3. ergo a gravamine nondum illato inanis est appellatio.
Probatu secundo, quoniam gravamen debet praecedere appellacionem, non appellatio gravamen, & prius debet exceptio proponi, atque iudicis determinatio expressa, vel tacita expectari, ut dicunt omnes Doctores hactenus citati, & in specie optime Phil. Franc. in d. cap. dilecto per textum ibi notat. 3. ubi etiam vocat huiusmodi appellacionem conditionalem inceptam ut praeposterationem, sed ubi praeposteratio datur, ibi annullatur & vitatur actus secundum ea, quae latissime adduximus infra, 4. p. c. 13. per totum, ubi de hoc articulo & conducut in specie quae post alios congestit Card. Tufchus pract. conclus. tomo 6. litter. P. concl. 515. n. 4. & 5. n. 15. ergo etiam ex hoc capite merito nulla dicenda est huiusmodi appellatio conditionalis.
Tertio probatur quia causa gravaminis debet necessari, & praecise in appellacione ab interlocutoria exprimi, & aliter appellatio non tenet, & hoc non in genere, sed in specie, Speculator titulo de appella. §. qualiter autem, sub n. 2. versiculo haec est una differentia lib. 2. folio 190. Philippus Francus in cap. consilium. 18. el. 2. n. 1. & 3. & in c. p. cum in Ecclesia 38. n. 4. & in d. ut de debitis, quaest. 8. num. 17. & in c. cum causam, in fin. sub n. 30. de appella. & in c. 1. n. 3. in fin. & Geminian. n. 3. de appella. in 6. Abb. in d. p. cum Ecclesia, sub num. 6. & Lucas Pat. in pract. cap. lib. 5. c. 6. num. 3. & 4. Marra in Speculatore 6. p. act. 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, sub n. 153. nec sufficit, dicere appello ab iniquitate sententia, & pro causa gravaminis allego omnes causas, quae ex actis colligi possent, Rota dec. 2. aliar. 7. si appellatur, de appella. in notis, sub num. 1. Maranta ubi proximi,

proxime Lucas Pat. dicitur. c. Franc. in d. cap. consilium n. 3. & in c. 1. num. 6. de appellat. in 6. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. n. 44. & limi. 1. sub num. 44. Capiculus decif. 1. n. 20. late Cardin. Tufchus practice. conclus. tomo 1. litera A. conclus. 360. ubi plurimos adduxit, & talis causa debet exprimi in appellatione ab interlo-

ff. de verborum, notabilis text. in l. potior, versiculo fin. ff. qui potior hab. leg. qui balneum, versiculo fin. eodem titul. Inez scripto ff. de contrahen. empti. l. si quis uxori. §. n. ff. de iurris, leg. sub conditione, ff. de solutio. & utrobique Doctores citati. Tiraquell. de retr. a. lignagi §. fin. gloss. 2. n. 27. fol. mibi 34. latissime, & optime prosequitur Anton. Gomez. tom. 2. var. c. 11. a. n. 30. igitur accedente gravamine, prior appellatio tenet, & aliam noviter interponi non est necesse, quia gravamen, quod pro conditione erat appositum, retrahitur.

30 Nec obstat secundum, quod conditio superveniens retrahitur, & facit, actum purum a principio juris fictione, quae etiam est ratio Abb. cui respondet Franc. ubi proxime, quod cum appellatio a futuro gravamine nondum illato non valeat, iudicium non debet esse in pendentem, l. quemadmodum, ff. de iudici, & quia ubi aliquid prohibetur, fieri per viam principalis dispositionis, nec etiam potest fieri per modum conditionis, juxta textum in leg. Sejus, & Augerius, ff. de leg. sal. & ibi B. & ipse Franc. ibi.

Et eo insuper, nam cum principalis dispositio, hoc 37 est, ipsa appellatio a futuro gravamine, seu conditionalis non subsistat & annulletur, nec ea, quae sequuntur, locum habent; ideoque conditio, precarium, similia evanescent, l. nihil dolo, §. cum principalis, leg. cum principalis, ff. de regulis iur. & ibi late Philip. Decius §. liberis institui. de vulg. & pamp. §. servus instituit. delega. l. 2. ff. de pecul. lega. leg. Julius ff. qui potior. in pign. hab. leg. Aurelius. §. legatum. de liber. lega. l. non dubium, C. de leg. c. accessorium, de regul. iur. gloss. in l. si patronus, §. si patronum, si quid in fraudem patro Bald. in l. ex testam. leg. fideicom. Alex. conf. 81. lecto & disquisito, col. 4. lib. 2. B. in leg. nemo potest, de leg. 1. Roma. conf. 246. clarissime & idem Roma. conf. 15. viso compromisso, dubio 2. Jal. in l. 1. Cod. de iudi. & in leg. in iudic. modis, §. legatum, de leg. 1. Hippoly. de Marf. singul. 17. & singul. 125. Socin. consil. 61. in presente consultatione, col. volum. 4. Ancharta. in repetitione d. accessorium, & sic certissimum est, ut in nostro casu utrumque extremum deficiat, & ideo merito dicta conditionalis appellatio non valet, & si in ea dicatur appello, si me gravaveris, vel si hoc feceris, ex nunc prout ex tunc, docent, Bald. 38 in additio. ad Specula. titulo de appell. col. 12. versiculo dubium fuit, an si dico appello secundo, Innocent. in cap. significaverunt, de testibus, Philippus Franch. in d. c. debitus honor, questione 2. sub n. 9. vers. 2. queritur, post princ. de appellati. optime Philip. Corneus in consilio 8. sub n. 6. lib. 1. Achil. de Grassis decisione 14. de appellat. n. 6. in fin. & 7.

appellatio non subsistat, nec teneat, nec devolvat, nec suspendat, nec est cui deferatur, cum non entis nulla sint qualitates, ideo deficiente appellatione, ad Senatorem trahi prohibetur.

44 Sed quid dicendum, quando pars terminum, aut aliquid fieri, petit a iudice, qui declarat non faciendum, & pars comparet, & petit revocari illud gravamen, & nisi revocaverit, appellat; an huiusmodi appellatio tanquam conditionalis teneat, & sit deferendum; si super legitimo gravamine sit interdicta. Quam difficultatem recte explicat Innoc. in d. c. significaverunt, sub n. 3. de testibus, quem ibi refert, & sequitur Abb. sub n. 10. Scaccia de appell. d. q. 5. art. 2. n. 109. Joan. Andreas in d. c. significaverunt, Speculator in sit. de appellat. Squallier, colum. 1. in fine, vers. item quod faciat iudicem. Imola etiam in d. c. significaverunt, Philipp. Franc. in d. c. ut debius, sub n. 9. ibi quando autem iudex denegasset, de appellat. dum affirmant, quod huiusmodi appellatio valet, cum in effectu interposita sit a gravamine illato, non ab inferendo, & futuro, & quod revocatio, quae petitur, (quae est de futuro) non est gravamen, sed est relevatio gravaminis, illa enim denegatio praecedens fuit gravamen, a quo potuit appellari, & in maiorem iudicis reverentiam, & decorem petitur revocatio; & facit, quod quando futurum gravamen trahit originem a gravamine iam illato, & appellatio interponitur ratione utriusque, valet, & tenet appellatio. Franc. ubi proxime, sub n. 9. limit. 2. Scaccia n. 113. qui alias scribit limitationes, prout est in gravamine comminato, ut tunc possit appellari.

45 To non ab inferendo, & futuro, & quod revocatio, quae petitur, (quae est de futuro) non est gravamen, sed est relevatio gravaminis, illa enim denegatio praecedens fuit gravamen, a quo potuit appellari, & in maiorem iudicis reverentiam, & decorem petitur revocatio; & facit, quod quando futurum gravamen trahit originem a gravamine iam illato, & appellatio interponitur ratione utriusque, valet, & tenet appellatio. Franc. ubi proxime, sub n. 9. limit. 2. Scaccia n. 113. qui alias scribit limitationes, prout est in gravamine comminato, ut tunc possit appellari.

47 Et praefata doctrina adjuvari potest, ex eo, quod licet sententia lata sub conditione interim non possit exequi, quia nullum producit effectum, ea pendente, quia in suspensio est, & pendet a futuro eventu, tamen ab ea statim appellatur, & a tempore intimationis, vel scientiae currit tempus ad appellandum, quia licet effectus est de futuro, tamen gravamen consideratur de praesenti a quo trahit originem, l. 1. §. biduum, ff. quando appellandum sit, e. biduum, in princ. 296. & hanc rationem reddunt B. & alii in d. §. biduum, Nicol. Neapol. in leg. si cui legatur, §. 1. ff. de leg. 1. bene Jas. in dist. leg. 1. columna ultim. Bald. in leg. non dubium, colum. 5. opposit. §. c. de legib. per l. generaliter, post princ. C. de rebus creditis, gloss. in leg. si quis iniquum 3. §. 1. verbo expeditur, ff. quod quisque iur. ubi Bald. eam notat. Bald. post Innoc. in c. quoad consultationem, colum. 2. & vers. ulterius nota, de re iud. Panorm. in c. prateria, col. 4. vers. c. & quaevis haec opinio, ubi Philippus Francus col. 3. de appellat. & ibi ceteri Doctores: affirmat Ozaf. decis. Pedemont. 146. optimè post Franc. & alios, Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. à n. 104. cum sequentibus, late prosequitur Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. gloss. 10. n. 44. & iterum à n. 51. cum sequentibus, qui n. 54. affirmat: quod in tantum sententia conditionalis laedit de praesenti, ut si condemnatus, etiam ante conditionis eventum efficiatur de foro alterius iudicis; tamen adveniente conditione manet ligatus, ut tenuit Barthol. Brix. in quaestione vena, quest. 42. de quo tamen & similibus vide glossam in c. à nobis el. 1. verbo non nisi subditis; & ibi Panorm. de fructu, excommuni. & in c. Solemnitate, verbo sub excommunicationis 63. d. Archid. in cap. 2. de consuet. lib. 6. Joan. Andreas in cap. cum sunt, de reg. iur. eodem lib. Bald. in d. cap. prateria, col. 2. vers. quare pendente & ibi Card. Alex. col. 2. vers. quod si late, de appell. Lapsus alleg. 48. Magister columna 2. Panorm. in c. fin. colum. penult. & ibi quoque Ant. de offic. de leg. & Petrus de Anchar. in cons. 158. ex narratis, col. fin. & an jam condemnatus per laicum ad relegationem efficiatur clericus, si illum frangat, an debeat per seculares puniri, vide Vincent. de Franc. decis. 95. Marc. Anton. Genue. in praxi curiae Archiepisc. cap. 9. à princ. qui negativè resolvunt: facit Valasc.

48 gloss. 10. n. 44. & iterum à n. 51. cum sequentibus, qui n. 54. affirmat: quod in tantum sententia conditionalis laedit de praesenti, ut si condemnatus, etiam ante conditionis eventum efficiatur de foro alterius iudicis; tamen adveniente conditione manet ligatus, ut tenuit Barthol. Brix. in quaestione vena, quest. 42. de quo tamen & similibus vide glossam in c. à nobis el. 1. verbo non nisi subditis; & ibi Panorm. de fructu, excommuni. & in c. Solemnitate, verbo sub excommunicationis 63. d. Archid. in cap. 2. de consuet. lib. 6. Joan. Andreas in cap. cum sunt, de reg. iur. eodem lib. Bald. in d. cap. prateria, col. 2. vers. quare pendente & ibi Card. Alex. col. 2. vers. quod si late, de appell. Lapsus alleg. 48. Magister columna 2. Panorm. in c. fin. colum. penult. & ibi quoque Ant. de offic. de leg. & Petrus de Anchar. in cons. 158. ex narratis, col. fin. & an jam condemnatus per laicum ad relegationem efficiatur clericus, si illum frangat, an debeat per seculares puniri, vide Vincent. de Franc. decis. 95. Marc. Anton. Genue. in praxi curiae Archiepisc. cap. 9. à princ. qui negativè resolvunt: facit Valasc.

consult. 48. tom. 1. & quid è converso si clericus relegatus efficiatur laicus ex identitate rationis; Franchis dicit poniendum a saeculari. Contrarium tenet ex stylo Neapolitano Genuef. ibi, quod nostri non est examinare nunc.

Unum tamen obiter (quia huc convenit) non omitam; quod licet quoad appellandum sententia conditionalis tempus statim curat, non expectata conditione; tamen quod alios affectus tempus non currit ante conditionis implementum, ut in pulchro casu singulariter voluit Bald. in leg. data, columna ante penultimam, versiculo sed pone aliquis fuit, Cod. qui accusare non possunt, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 54. ad fin.

Ex ex supradictis pariformiter universalis deducitur regula, & conclusio, firmissimè tenenda: ut etiam in iis casibus, in quibus iuris permisso appellatio eius desert, & sit à iudice deferendum, si ipsa appellatio minus legitime, minusve solemniter, vel alia nulliter interponatur, cum ut non interposita iudicetur, delationem non meretur: & ejus virtute aditus supremus Senatus, vel vim non fieri declarat, vel non venire per ordinem, causaque iudici iterum remitti jubetur: appellatio etenim, quae juris solemnitatibus caret, vitiumque nullitatis patitur, non dicitur appellatio, nec iudicis jurisdictionem suspendit, nec causam atqueatam, aliiusque omnibus iuris effectibus evacuat, notat Philipp. Franc. in cap. ut debius, 52 num. 47. de appellatione. Guido Papae decisione 213. statuta, num. 6. & decisione 436. de appellatione. num. 21. & in consilio 124. circa materiam, num. 3. versiculo ad secundum, & iterum idem Guido Papae in tractatu de appellatione. quaestio 12. item. 18. Sebastianus Vantius in tractatu de nullitate quando & intra qua tempora, numero 48. & in titulo de nullitate ex defectu jurisdictionis, ordina. n. 142. Vitali in tract. de clausul. in clausul. nihil novari appellatio. pendens. n. 4. ubi post Joann. Monachum in cap. cupientes, §. dirigentur, subtiliter & eleganter posuit Bald. in consilio 367. ad evidentiam, in princ. lib. 1. Stephanus Aulferi. in addition. ad decision. Tholos. decisione ultima, circa medium, Socinus in consilio 45. visa sub n. 13. versiculo 8. dubitatio, lib. 1. Natta in consilio 606. approba. lib. 3. n. 3. & Parisius consilio 108. de bono iure, num. 26. lib. 1. Joannes de Anania consil. 51. Roman. consil. 2. Cornueus in consilio 15. attentat. litera C. lib. 3. & iterum in consilio 43. in hac consultatione, post principium, eodem lib. Ruinus in consilio 83. lib. 5. late Manfred. lib. 2. praefat. conclusionem, super attentat. conclusionem 177. prosequitur late Lancel. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 52. à princ. & à nu. 205. & n. 213. Rota. decis. 3. aliis 11. fuit dubitatum, in secunda addit. in princ. de appellat. in novis, Sigismund. Jostred. in cons. 20. in causa notab. num. 13. idem Manfred. ubi proxime, concl. 188. Rota decis. 30. aliis 190. quoad revocationem, de appellat. in novis, Port. Imolen. in cons. 172. posteriori, n. 4. lib. 4. Capola cons. 64. concl. 1. in fin.

Delatio enim supponit appellationem tanquam subiectum necessarium, & praefatum, & ubi deficit appellatio, iudex ulla modo potest deferre, cum deficiat hoc casu causa materialis, super qua delatio potest se firmare, si quidem qualitas sine subiecto stare non possit, l. 2. ff. de usufructu cum similibus, ita consideravit Lancel. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 3. nu. 38. & vide quae nos infra, 3. part. cap. 3. num. 1. appellatio enim nulla sicut caret effectu ex supradictis, ita & nomine appellationis evacuat, ut per lib. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. l. non putavit §. non quavis, ff. de honorum poss. contra tab. latissime prosequitur Tiraq. in tr. de retract. ligna, §. 1. gloss. 2. à n. 5. & Petrus Surdus cons. 12. cum pluribus sequentibus, & iterum in decisione 122. à n. 5. multos citavi infra, 4. p. c. 9. à princ. & ad finem: non enim facit, quod appellatio à iure permilla sit in aliquo

casu, nisi & ipsa appellatio solemniter legitime, & abique juris defectu proponatur, ex supradictis Doctoribus.

50 Et ex hac regula & conclusione inferri potest ad aliqua utilia usu frequentia. Et primo quod decem dies dati ad appellandum currunt five à die notificationis, & intimationis sententiae latae, sive à die habitae notitiae, quae notitia non sufficit, ut condemnatus sciat laram sententiam fuisse, led requiritur, ut sciat quomodo fuisset lata, aut pro eo, contra eum, & donec hoc sciat, dicti decem dies ad appellandum non currunt. Speculator in titulo de appellat. §. 1. vers. illud autem 2. fol. 184. Rebuffus in tractatu de appellat. in praefatione, n. 69. art. 1. gloss. 1. sub c. 3. fol. 480. & 482. Cardin. Alexand. in cap. per sonis 4. sub n. 3. ibi, nec sufficit ut sciat, de appell. Felin. in c. quoad nos ultra 4. n. 22. vers. postremo circa censuram, & clarius n. 22. versiculo duodecima conclusio, de sententia, & re iud. Afflicti in tractatu de iure promiss. §. 2. n. 4. tomo 17. fol. 7. & Vanc. §. 7. n. 17. fol. 44. Maran. in speculo. 6. p. actu 2. princ. & quandoque appellatur. q. 3. princ. vers. limita, num. 215. fol. 488. Natta consilio 51. visa processu. 1. lib. 1. & cons. 348. videtur 1. n. 1. & 2. lib. ubi quod debet certificari de tenore, & qualitate ipsius sententiae. Marc. Anton. Bald. tractatu de temp. util. cap. 3. sub n. 1. vers. hoc autem, in fin. tomo 5. fol. 212. & Doctores tractatu de restitutione in int. q. 69. art. 1. nu. 2. in fin. Lancel. Robert. de attent. 2. part. 3. 12. limit. 5. num. 158. & ideo donec poterit habere copiam sententiae, tempus ad appellandum non currit, Francus in c. ex ratione 8. sub num. 2. de appell. & quando intimatio sit cum auctoritate iudicis, sufficit intimare, sententiam esse latam contra eum, licet tenor sententiae non inferatur, secus vero, quando fit abique auctoritate iudicis, teste Natta d. cons. 348. n. 2. in fin. & n. 3. l. 2. quem referens sequitur Lancel. limit. 50. n. 160. & 161.

51 Et ita scientia, & notitia non praesumitur, nisi probetur per appellatum, cum in dubio praesumatur ignorantia, & sic semper appellasse intra decem dies, à tempore habitae notitiae. Philipp. Franc. in c. bona memoria 51. num. 10. de appell. Rota decis. 55. fuit conclusum, in fin. 3. p. 1. diverforum. Marquellan. tract. de commissio. 1. p. de comm. appell. super diverforis, c. 28. n. 64. fol. 304. in secunda impressione, quare absens, qui post viginti dies à tempore latae sententiae appellat, praesumitur appellasse infra decem dies à tempore scientiae, quae cum non praesumitur, semper intelligitur stare intra dictos decem dies, dum sibi contrarium non probatur: late prosequitur Socacia de app. q. 12. à n. 24. & tenet Bellam decis. 349. sicut praesumitur, n. 1. Felin. in d. c. quoad consultationem, sub n. 25. vers. secunda conclusio, in fin. Menochius in tr. de praesumptio. l. 2. praesumptio. 95. vers. declaratur 2. n. 7. & quod sufficit scientia alias abique intimatione. Lancel. ubi proxime, de limit. 50. n. 161. Franc. in c. si quis sui n. 46. vers. ulterius dubitatur, de appell. & non sufficit notitia facta, & praesumpta, prout est, quae oritur ex intimatione ad domum, sed est necessaria notitia vera, ita Philipp. Franc. in d. c. bona memoria, n. 21. & 22. Scaccia ubi supra, sub d. n. 24. ubi aliud esse, quando ad sententiam quis fuit citatus ad domum, & postea intimatio sententiae iterum facta est ad domum.

Sufficit tamen, quod dum quis se praeparat ad intimandum sententiam, adversarius, cui est intimanda, non vult audire, tunc alia intimatio non est necessaria, ei enim tunc imputatur, ex quo per eum, & non per nuntiantem stetit, quominus intimatio fieret Scaccia ubi supra, num 34. per Philipp. Franc. in cap. fin. num. 64. versiculo quid autem si quis, de appellat. prout & generale est quod quando quis non patitur, ut citatio ad eum perveniat, vel aufugiat, habetur pro citato: textus in c. quoniam, §. postquam si lite non contestata, & voluit Cardin. Flopost. Eleaz. in quest. 13. in clement. causam, de electione, & ibi Barba. columna 12. in parvis,

versiculo sed quid si tu vis, Rebuff. in tractatu nominationum, in 4. quest. n. 5. late Tiraquell. in tr. de retract. lignag. §. 1. gloss. num. 105. quia etiam loquitur: quando quis ad legendum se praepararet, & intimationis continuò aufugret, facit textus cum glossa in leg. Labeo 66 scripsit. ff. de contrahend. emptio.

Hinc cum facultas appellandi non veniat ultra dictos decem dies, & facta nulla sit ex supradictis DD. pariformiter appellationem emissam à falso procuratore, si dominus voluerit ratificare, facere tenetur intra dictos decem dies, alias ratificatio non valet, ut post Innoc. tradit Millis in reperio. verb. ratificatio. vers. 2. fol. 338. sentit Innocent. in authentica hodie, n. 4. C. de appell. contuluit Guido Papae cons. 124. circa materiam, sub num. 7. vers. ad sextum, post Hostiens. Joan. Monach. & alios, per eum allegatos, & idem in tract. de appell. quest. 8. de appellat. Socinus cons. 45. circa appellationem, sub num. 10. vers. 5. probatur, Cornueus, cons. 292. v. 3. colum. 2. lib. 3. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. à num. 53. & sequentibus Anton. Gomez. tomo 2. variarum, c. 11. sub n. 50. vers. 1. quod si quis appellavit, per singularem textum in leg. honorum ff. rem ratam haberi, ubi adducit plures similes, & vaide practicae casus, & etiam videndus Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glossa 10. à n. 87. cum pluribus sequentibus, fol. mibi 178.

Et advertere, quod hi decem dies currunt procuratori praesenti, vel cui facta est sententia intimatio, cum quo lis agitata fuit, etiam domino absentis & ignorantis, & si praedictus procurator infra illud tempus non appellat, praedicti iuri domino, & sententia transit in rem iudicatam, licet verum sit, quod si Procurator non est solvendo, succurritur domino per restitutionem in integrum, & tunc currit tempus à die notitiae sententiae ipsi domino, vel etiam ei succurritur, quando procurator fuit in dolo: latissime per ampliationes, & limitationes prosequitur hunc articulum Lancel. Rob. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. à n. 80. cum pluribus. Scaccia (post haec scripta visus) in tr. de appell. q. 12. à num. 118. cum sequentibus.

Unam tamen cautelam in proposito non omitam, 71 quod cum terminus ad appellandum currat, etiam in tactis interlocutoriis, qui incipit, pura, à refectione exceptionis per processum ad ulteriora, & aliis tactis interlocutoriis, sive expressis, in quibus, si voluerit appellare extra decem dies, petas à iudice restitutionem gravaminis, & à denegatione poteris appellare lata dictos decem dies à tempore primi gravaminis, & interlocutoriae; intra decem tamen dies à tempore denegatae restitutionis computandos, ut docet Paulus de Castro in cons. 334. visa appellat. n. 6. lib. 1. & est mente Millis post Paulum, Abb. & Anton. in c. dilectus el. 2. electione, tenet Lancelot. Robert. de attent. 2. part. c. 22. dimitt. 50. à n. 66. & supra facit Rota decis. 5. aliis 29. fuit dubitatum, de re scriptis in novis, quoad temporat, ut per ipsum Lancelot. ibi.

Attende etiam, quod huiusmodi decem dierum terminus uniformiter procedit in omni appellatione, etiam extrajudiciali, quia qui uti hoc remediò appellationis voluerit in extrajudicialibus, debet illam omnino interponere infra dictos decem dies, textus expressus in c. concertationis 8. de appellat. lib. 6. & ibi Anchara n. 1. notat 2. Abb. in c. bona memoria 51. sub n. 10. differ. 13. & Philipp. Franc. sub n. 19. vers. 8. de appell. com. rursum idem Franc. in cap. cum sit Romana 5. versiculo ultimo nota, n. 5. & in c. 1. sub n. 10. versiculo sed die notabiliter, de appell. Minfinger singula observat. centu. 3. observatione 11. soluta, sub num. 1. Maranta in Speculo, 6. part. actu 2. princ. titulo & quandoque appellatur. quest. 3. princ. n. 213. in fin. fol. 488. Rugin. tract. de appella. §. 2. cap. 3. n. 13. 15. & 16. Natta cons. 666. n. 2. Gondalvus de Paz in praxi, 6. p. tom. 1. in proemia. num. 16. fol. 188. Scaccia

de appell. q. 22. n. 115. ubi & bene reprobat Rebuffum, tract. de appellat. in prafat. num. 69. & 70. tom. 3. fol. 408. & Lancel. de atenu. at. limit. 40. num. 137. & nos alibi suo loco diximus. Verumtamen exclusus ab appellatione gravatus in extrajudicialibus propter lapsum decem dierum, poterit recurrere ad remedium querelae, ut bene declarat Franc. in locis fuprà proximè citatis, & Scaccia d. n. 105. ad fin.

74 Et de pluribus aliis casibus, in quibus potest, vel non appellari extra decem dies, exactiffimè per ampliaciones, & limitationes poterit recurrere ad Lancelotum de atenuat. 2. p. c. 12. limit. 2. à n. 37. cum multis fequentibus, & per Scacciam (post hæc omnia scripta vitium) in tractatu de appell. q. 12. per totam.

75 Ex alio etiam capite potest dici appellationem nullam, & minus legitimam, eo scilicet, quòd non est interposita in scriptis: nam sive fit diffinitiva, sive interlocutoria, nisi in scriptis emittatur, nulla redditor, ut de appellatione à diffinitiva probat Praet. Papien. in forma appellatio. à sentent. diffinitiva, ingl. in iis scriptis, num. fol. 414. Franc. in c. cum Ecclesia, n. 12. de appell. Guido Papæ tract. de appell. conclus. 8. n. 6. Micellus in tractatu comor. gloss. conclus. 69. n. 10. tom. 18. fol. 169. Lucas Pat. in practica, cap. 11. lib. 5. cap. 1. n. 1. Calear Cont. in repetet. l. unica, limit. 25. n. 4. in fin. C. si de momen. post. Ruginell. tract. de appell. in prafat. n. 37. fol. 6. loquendo de iure Canonico de communi testatur Franc. in cap. ut debitus 59. q. 2. princ. n. 11. vers. 2. quaritur de appell. de sententia interlocutoria, ut pariter requiritur appellatio in scriptis, tenent Specula in titul. de appell. §. qualiter autem, num. 1. in fin. l. 2. fol. 190. Philipp. Franc. d. c. ut debitus, q. 7. n. 16. de appell. & in c. 1. sub num. 5. in scriptis, de appell. in 6. & Lucas Pat. in pract. cap. 1. §. cap. 6. num. 2. 3. & tam de iure Canonico, quam civili procedere possit alios dicit Scaccia de appell. qu. 3. nu. 9. qui n. 4. dicit post plures ab eo citatos, procedere etiam in extrajudiciali appellatione.

76 Hinc est, non sufficit, si condemnatus voce dicat, appello, ut puta; ad intimationem sententiae sibi factam per tabellionem, & ipse pro responsione dicat, quòd appellat à dicta intimata sententia, faciatque, & requirat notario, ut illam appellationem, responsionem in scriptis redigat incontinenti, quia non dicitur in scriptis facta appellatio, cum aliud fit quòd quis teneatur appellare in scriptis, aliud verò quòd appellatio voce facta, per aliud redigatur in scriptis ita docet Jacobus de Aren. in leg. peccis, sub num. 1. ff. de re jud. Philipp. Franc. in c. ut debitus 59. in princ. quæst. 3. num. 12. de appell. & in cap. 1. sub num. 10. versiculo adverte, de appell. n. 6. Manfuet. in additio. ad practica. Papien. in forma appell. à sentent. diffinit. in gl. in his scriptis fol. 415. Ruginell. in tract. de appell. in prafatione, num. 38. & 39. optimè Scaccia de appell. quæst. 4. n. 5. qui dicit ulterius, quòd hæc appellatio ut non legitime interjecta non impedit executionem, nam ante omnia debet appellatio esse dictata, scripta, & data, atque præsentata, priusquam notarius de ea fit, vel esse possit, rogatus, & propterea meritò Scaccia ubi proximè, post Angelum Aret. in leg. 1. §. fin. num. 1. versiculo unum, tamen nota, ff. de appellat. invehit in errorem aliquorum notariorum, qui dicunt, fe rogatos de appellatione in scriptis interposita, & dicunt parti, dabis eam postea mihi, & ita ego multoties praticari vidi in hoc nostro Senatu Gallico, tam in causis civilibus, & criminalibus, quæ directò ad illum appellantur, in quibus, passim declaratur, causam; & negotium non devolutum, quàm in his, quæ ad eundem trahuntur à tribunalibus Ecclesiasticis per hanc viam violentiae, in quibus quidem quotidie declarari solet, vim non fieri, causamque remitti iterum.

77 Quòd & ex eo adjuvatur, nam etiam libelles appellationis non sufficit dari, & porrigi appellationem co-

ram tabellione duntaxat, & non coram iudice, quia talis appellatio nec admittitur, nec valida dicitur, ut testatur additio. Capellæ Tholof. decis. 429. & tum pronuntiandum esse, nec devolutam, nec admittendam esse, secundum Rebuffum in tit. de appellat. articulo 5. gl. unica, num. 10. & pluries ita declaratum vidisse in tribunali hoc Gallico, testatur Gondizalus de Paz in prax. 6. p. tome 1. in proam. sub num. 53. fol. 192. tum etiam quia de necessitate libellus appellationis debet porrigi coram iudice à quo, ut probat text. in clem. 1. ibi coram ipsis, de app. Rota decis. 50. de appellat. novis, Innoc. relatus à Bald. in cap. cum olim, colum. 1. de dolo, & contumacia, & testatur communem opinionem Navarr. in relect. c. cum coningat, de rescriptis in 6. causa multi num. 10. Perusius in c. fin. columna 4. de appellatio. Paz, & Rebuffus ubi proximè, Gutierrez, lib. 1. practica quæst. 102. n. 1. & 3. non tamen est necessarium, quòd dictus libellus appellationis legatur, seu recitetur iudici Franc. in dist. c. 38. cum in Ecclesia, versus finem, & cap. fin. n. 29. de appell. Papien. in practica in for. appellatio. à sent. diffinit. in gl. in his scriptis, numero 1. in fin. fol. 414. Luca Pat. in tract. cap. 10. l. 5. cap. 1. num. 22. Ruginell. in tract. de app. in prafatione, n. 40. plures adducit Lancel. de atenu. 2. p. cap. 12. limit. 5. à 189. sed sufficit sola presentatio, & exhibitio appellationis in scriptis. Franc. ubi proximè, d. c. fin. n. 29. & in c. appell. n. 2. eodem tit. appell. in 6. vide quæ infra, c. 16. hac 2. p. vers. & licet de iure in tribunali.

Sed præfata nostræ doctrinæ; quâ diximus, appellationem voce interpositam per condemnatum ad intimationem sententiae coram Tabellione, non esse validam, foriter obstat videtur; nam recognitio schedulæ privatæ facta per debitorem coram notario, aut Alguazello de commissione iudicis, pro confessione facta in iudicio reputatur, quæ executionem meretur, ut per l. 6. titulo 1. lib. 4. recopil. dicit Gondizal. de Paz. in prax. 5. p. tome 1. c. 1. n. 24. fol. 95. ergo idem dicendum venit in huiusmodi appellatione.

Quoniam respondetur, longè diversum esse unum casum ab alio; etenim confessio non requirit scripturam, sed tantum, ut viva voce in iudicio fiat, & cum Alguazellus, seu tabellio habeat à iudice commissio-nem ad recipiendam illam debitoris confessionem, ut in iudicio facta teneat: at verò nostra appellatio non solum requiritur, ut fiat coram iudice à quo, ut delibetur, an fit illi deferendum, vel non; sed requirit scripturam, hoc est, ut in scriptis à parte præsentetur, & etiam coram iudice in voce prorumpatur in iudicio, non sufficit ex iudicis Doctoribus, nisi sit incontinenti, adhuc sedente iudice pro tribunali, & aliud est, quòd quis teneatur appellare in scriptis, aliud verò appellare in voce, & facere ut per alium in scriptis redigatur; ut superius diximus, vers. Hinc est, & c. n. 77. & tabellio licet etiam de mandato iudicis intimet sententiam, non tamen ullam recipit jurisdictionem, sed nudum, & simplex exercet ministerium, ut in casu converso de quo in argumentum diximus n. 82. & supponit Paz expressè, quare meritò non obstat, laus constat, & vide quæ nos 1. p. c. 2. à n. 130.

Et pro nunc hæc tibi pro exemplis sufficiant; si autem alios casus requiras, in quibus appellatio illegitima, & nulla dicitur, latiffimè & usque ad reserzionem poteris videre Lancel. Rob. de atenu. p. 2. c. 12. limit. 50. per totam, Sigifm. Scac. in tract. de appell. quæst. 4. per totam, & quæst. 12. & quæst. 5. q. 6. & q. 7. & Card. Tusc. pract. concl. 1. lit. A, concl. 496. ubi ad plures alios conclusiones ipse se remitti, de huiusmodi nullitibus appellationem tractantes, apud quos omnes, & alios per eosdem allegatos, varios reperire poteris, & practica-biles casus, quos mei non est transcribere, nos latius infra, 3. p. c. 9. per totum ubi multa.

CAPUT III.

Quando duo gravamina ita se habent, ut unum veniat in complementum, effectum, seu executionem alterius, si est omissum appellari à primò, an à secundo appellationi interjectæ non deferens vim faciat.

SUMMARIUM.

- 1 Pro delatione appellationis à gravamine effectuato, omissa tamen ab eo illato, recurri solet ad Senatam.
- 2 Appellatio si est omissa à iudice mandante deferri juramentum parti, an ab ipsa delatione poterit appellari, num. 10. 11. & 17.
- 3 Opponent exceptionem, seu articulos admittendos, si omittat appellare à processu ad ulteriora, & postea infra pro admisione illorum à tacita, vel expressa reiectione, an poterit appellare.
- 4 Ab interlocutoria si non est appellatum an à denegata ejus revocatione petita poterit appellari.
- 5 Contractus aliud est, aliud promissio contrahendo, aliud promissio de proficiendo, aliud ipsa professio.
- 6 Gravamina diversa sunt diverso jure censentur.
- 7 Actus duo, ubi ita se habent, ut unus veniat in complementum & executionem alterius, si est omissum appellari à primò, non poterit appellari à secundo.
- 8 Actus secundus alterum ad effectum perducens, non est, qui gravat; sed primus.
- 9 Ab interlocutoria de admittendis articulis si non est appellatum, non potest postea appellari ab ipsa actuali admisione.
- 10 Intra delatione juramenti si non est appellatum intra terminum, non poterit postea appellari ab ipso actuali juramento.
- 11 Omitens appellare à sententia intra decendum à citatione ad videndum se declarari, & denunciari, non poterit appellare.
- 12 A censuris fulminatibus per executorem executivum in eorum executionem non appellatur, licet aliis appellatur ab excommunicatione.
- 13 A captiva in executionem rei iudicata, aut obligationis in forma camera non appellatur, licet aliis licita sit à captiva.
- 14 Appellari si non potest à prima sententia, ita nec à secunda idem continet.
- 15 Qualitas prioris actus gravantis, non secundi in ejus effectum gestus inspicitur ad appellandum.
- 16 & 18. Respondetur ad Gaill. in speciali casu loquentem de fisco, non de jure.
- 19 Sententia interlocutoria quoad iudicem non transit in rem iudicatam, quo minus queat revocare.
- 20 A repositione gravaminis injuste denegata licet appellari.
- 21 Ita tamen quòd appellatur à causa gravaminis de presentibus, non de præteritis, & sic ab ipsa denegatione, debet allegare causam gravaminis de presentibus, non de præteritis.
- 22 Promissio de vendendo obligat de futuro ad venditionem faciendam.
- 23 Effectus, & executio ejusdem non est ab illo diversa sed respectu alterius sc.

EX vera ejus difficultatis resolutione, non parum alie ingentes evinci quidem possunt: contingit vicissim disputari inter ligatores, testes, probationes, articuli, & similia sint admittenda. Iudex interloquendo, admittenda esse dicit, à quo gravamine pars omittit appellare, postmodum verò quan-

do in effectum testes presentantur, & probationes, ipsa pars gravata solet ad admisionem appellare, & ob denegatam huiusmodi appellationis delationem ad supremum Senatam confugiunt, ut violentiam fecisse delectetur.

Et pro parte affirmativa, quòd vim faciat non deferendo, cum appellatio legitima videatur. Primò quoniam si iudex alteri parti deferat juramentum, licet is contra quem juratur, statim non appellet intra decendum sed eo elapso, pars, cui delatum fuit juramentum, parata sit jurare, & tunc si pars gravata appellaverit ab huiusmodi delatione juramenti, appellatio, recipitur, eique deferendum esse, testatur Minsinger. singula. observ. centu. 1. decisio 39. incipit quando à iudice, & eundem referens in proposito sequitur Lancelot. Robert. in tractatu de atenu. 2. part. cap. 2. limit. 50. n. 175. folio 282. ergo sequitur evidenter, quòd licet non appelletur à priori gravamine, poterit appellari à secundo, quòd veniat in complementum, & executionem ejusdem.

Secundò, & pro hac parte pugnat; nam si quis opponat exceptionem seu articulos, & petat admittendos, iudex per processum ad ulteriora contrarium videtur pronuntiare, si pars omittat appellare intra decendum ab hac tacita reiectione, & gravamine, proficiendum si insisterit pro iterum admisione exceptionum, & articulorum, iudex vel tacite, vel expressè iterum illos rejiciat, poterit appellare ab hac ultima reiectione, etiam si à prima non possit appellari, ob lapsum decem dierum, incipiendo ab illa priori, ita docet Paul. de Castro in consil. 334. visa appellatione, num. 6. lib. 1. & iterum juvat hoc argumentum ex eo; quòd dicit, post Innocent. in cap. fin. de nov. oper. nuntia. Guido Papæ in tract. de appell. q. 108. quòd si quis ab interlocutoria non appellet, sed petat tantummodo eam contrario imperio revocari, & iudex illam non revocet, sed confirmet, ab huiusmodi confirmatoria poterit appellari, etiam post decem dies incipiendos, & enumerandos à die primæ interlocutorie, & quòd per talem interlocutoriam tota causa devolvitur ad iudicem ad quem, qui poterit cognoscere de illa interlocutoria, quâ non fuerat appellatum: ergo in nostro casu idem dicendum est.

Tertiò, ultimò urget, quoniam pronuntiare testes admitti debere, vel non, vel articulos admittendos, diversum gravamen est ab ipsa actuali admisione, postmodum facta, sicut aliud est contractus, aliud promissio de contrahendo, aliud est promissio de proficiendo, aliud ipsa professio, ut per text. in l. quod si noluit, versiculo illud plene, ff. de aditio. edicto, l. non omnes, §. si, ff. de re mili. & ut in uno plures taceam, magnam doctrinarum, & Doctorum catervam congestit Tiraquell. de retr. act. conventio. ad fin. tit. à n. 42. cum multis sequentibus: ergo si sunt diversa gravamina, diverso jure censeferi, & iudicari debent, & de uno ad aliud non est facienda illatio, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. quia à separatis non est facienda illatio, ubi etenim non datur identitas, non obstat res iudicata, l. & an eandem, cum sequentibus, ff. de re jud.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam, & opinionem longè de jure veriosem esse existimo, imò, quòd ubi duo actus ita se habent, ut unus veniat in complementum, perfectionem, effectum, seu executionem alterius, si non potest appellari à primò, putà; quia vel prohibitum est à jure, vel ob transitum in rem iudicatam, quia lapsus fuerit terminus ad appellandum: pariter nec poterit appellari à secundo, quoniam primus est, qui gravat, non secundus, qui ad effectum perducit alterum, ita eleganter docet Bald. in l. si cum exceptione, §. hac autem actio, ff. de eo quod meris causa, Felin. in capite quoad consultationem, n. 14. ante fin. de sententia, & re judic. Scaccia tractatu de appellat. quæst. 15. limit. 10.

limit. 10. num. 11. & post Bald. & Felin. tenet Capicius
decisione 1. num. 23. Lancel. Robert. de atten. 2. part.
cap. 12. limit. 53. n. 26. fol. 293. & iterum ipse Lancelot.
ead. p. cap. limit. 50. n. 118. sequentibus, Caesar. Contar.
in repet. Lunie. C. si de momen. post. lim. 19. n. 16. optimè
Elcobar. à Muñoz in tr. de ratiociniis. c. 33. sub n. 25.
post. medium.

9 Et ex hac doctrina rectè infert Paul. de Castro in l.
ab excoatore 4. ff. de appellat. recip. num. 2. quòd si ju-
dex pronuntiat articulos esse admittendos, & postmo-
dum illos admittit actualiter, si non fuit (inquit) appel-
latum à pronuntiatione de admittendo, non poterit
postea appellari ab ipsa admisione, cum admisso sit
executio interlocutoria prioris, & prima est, quæ gra-
vat, non autem secunda, sequitur etiam Ruginell. in tr.
de appell. §. 2. c. 3. n. 83. & n. 267. & melius post alios, quos
iple ibi citat. in n. 168. tenet etiam Sigisfrundus Scaccia
in tr. de appell. q. 17. limit. 47. n. 140. fol. 502. & ibi etiam
n. 137. & ex eodem Paulo Cast. & notata in c. dilecti, de
renuntiatione. Joan. Ferrari. in tr. de appell. c. 5. num. 50.
Ex eodem etiam fonte fluit, ut si iudex deserat jura-
mentum alicui ex litigantibus, si aliter, contra quem
juratur, non appellaverit ab huiusmodi interlocutoria, &
gravamine delationis iuramenti intra terminum decem
dierum, & post illos pars parata sit jurare, ita ut ad
effectum perducatur interlocutoria probationis iura-
toris minime poterit appellari ab hac admisione; quia
est in executionem prioris, à qua quemadmodum non
potest nunc appellari, quia extra terminum, ita nec
ab admisione, ita tenet Scaccia in d. tractatu de appell.
q. 17. limit. 34. num. 8. Seraph. in tr. de priv. iur. a
privileg. 102. n. 6. & 7.

11 Nec obstat Andreas Gaill. in singula obser. centu. 1. de
ciso 39. incipit quando à iudice, contrarium tenens in
terminis, cui respondemus inferius ad repositionem pri-
mi argumenti.

12 Inde insuper ex nostra principali doctrina infertur,
 quòd si iudex tulerit aliquam sententiam, sive interlo-
 cutoriam, sive diffinitivam, cujus lapsi sunt decem
 dies, demum citat illum, cui officit sententia, ad viden-
 dum se declarari; & denuntiare, tunc ab ista citatione
 & monitione non poterit valide appellari post lapsum
 decem dierum, à die principalis gravaminis, & senten-
 tiæ, cum ista veniat in illius executionem, ita consu-
 lit Andreas Barba. in consil. 7. vult dubit. colum. 2. in
 princ. l. 3. post Angelum, & alios per eum citatos, sequitur
 Lancelot. Robert. de atten. 2. p. c. 12. limit. 50. num. 119.
 tenet etiam Nicolatus Gar. de beneficiis, 1. part. 1. n. 586.
 Caesar. Con. in repetitione Lunice, lim. 19. n. 20. Galle. ad
 formam Camer. oblig. in 2. part. 3. princ. in c. reliqua de
 processu, junctis iis quæ scribitur num. 38. & seq. fol. 361.
 Marquella, de commiss. p. c. 23. num. 1. & vide omnino
 quæ latius in optimo casu dixi (aliis citatis Doctoribus)
 infra, 4. part. c. 5. quod inter se dissent. à n. 68. cum seq.

13 Versiculo sed contrariam sententiam, & opin. &c. ubi ali-
 qua utilissima: ubi quòd licet alias à censuris liceat
 appellari, non tamen à censuris fulminatis per execu-
 torem in complementum executorialium brevis, aut
 obligationis cameræ, quia ejus vestiantur natura, &
 privilegio.

14 Et idem dicimus de captura, qua licet alias liceat
 appellari, tamen à facta in executionem rei judicatæ,
 aut brevis cama: aut obligationis in formam camæ,
 minime poterit appellari, sicuti nec à re judicata. Scaccia
 de appell. quest. 17. limit. 47. memb. 1. n. 160. & vide
 quæ nos 2. p. c. 5. à n. 37. & supra. Ad quòd etiam con-
 ducit, quòd post Bald. tradit Felin. in cap. quoad con-
 sultationem, n. 14. de re jud. Quòd si à prima sententia
 appellari non poterit, nec etiam à secunda continente
 idem quòd prima, Contar. in Lunie. C. si dom. limit. 16.
 Magon. decisione Lucenf. 48. num. 4. Gonzal. regul. 8.
 gl. 6. sub num. 183.

Et omnium ratio illa est potissimum, quoniam iste
 actus, qui venit in complementum prioris, non est qui
 gravat (sed prior, & sic ad appellationem interponen-
 dam ille prior actus ejus qualitas, tempus, & natura)
 qui est causa gravaminis, super quo fundatur appella-
 tio de necessitate cap. cum cessante, de appellat. inspic.
 & attendi debet, non iste secundus, Guido Papæ consi-
 lio 574. Corneus consil. 71. n. 20. lib. 1. Felinus in equoad
 consultationem, n. 14. & 15. de re jud. Gradus respon. 16.
 colum. 1. n. 2. Rolan. à Valle cons. 34. n. 5. in princ. Rota
 dec. 100. ex novem; p. 1. diverso. & circa hunc articulum
 & principalem opinionem, & doctrinam multa addu-
 ximus, infra, à part. c. 1. post princ. quæ utiliter conducunt
 ad propositum.

Quibus sic suppositis, non obstant in contrarium
 adducta fundamenta. Non primum deductum ex An-
 drea Gaill. quia loquitur de stylo Cameræ Imperialis,
 non tamen de iure communi; & ejus dispositione, ut
 eodem patet, & respondet Scaccia in tr. de appellat.
 quest. 12. num. 161. fol. 171. & eundem allegans Lan-
 celotus Robert. loco, de quo argumento d. num. 175.
 specialiter loquitur de dicto stylo Cameræ Imperialis,
 ut scitis sit de iure, prout ipse Lancelot. proficitur ea-
 dem limit. 50. num. 118. cum sequentibus, & lim. 53. n. 36.
 & eadem 2. p. cap. 12. pro quo facit, quòd nos diximus
 hæcenus.

Nec obstat secundum ex Paulo de Castro, & Guido
 Papæ, quoniam quando eorum assertio, & doctrina
 procederet absolute, & sine limitatione, & scrip-
 to de quo per Lancelotum Robertum in d. tr. de atten. 2.
 part. c. 12. limit. 50. n. 66. cum sequentibus, & iterum in-
 ferunt, à n. 185. tamen longè diversum est à nostro casu,
 quoniam illic non appellatur à secundo gravamine, ven-
 niente in executionem prioris, ut in nostro casu; sed
 dumtaxat appellatur ab alio de novo illato à iudice, eo
 quòd petit fuit repositio ejus gravaminis, quòd ipse
 poterat revocare, quia quoad ipsum iudicem interlo-
 cutoria non transit in rem judicatam, quominus eam
 possit, quandocumque reponere & revocare contrario
 imperio; juxta text. in l. quod iussit, ff. de re jud. ubi j. f.
 Tiraquell. & cæteris & Franc. Abb. & omnes Canonizæ
 in cap. cum cessante, de appell. Felinus in cap. qualiter, &
 quando, de accusat. & nos latè, supra, c. præcedenti, & ita
 cum injussit fuisset gravata pars, istique petierit repositi-
 onem, iudici jure permissam, à denegatione interpo-
 nitur appellatio, licet reperitur extra decem dies à
 tempore prioris gravaminis, dummodo emittatur intra
 illos computandos à die denegatæ repositionis, in-
 tantum, quòd iste appellans debet esse cautus, ut non
 appellet à causa, & gravamine de præterito, sed de
 præterito tantum, hoc à denegata repositione, ut in
 simili casu dicit Philip. Franc. in c. ex parte tua 47. sub
 n. 19. de appell. quem sequitur Scaccia de appellat. q. 12.
 n. 49. ubi postquam dixerunt, quòd à carceratione po-
 test quandocumque appellari, etiam post decem dies,
 quia carcer semper & continuo, ac quotidie gravet,
 limitant, ut non procedat, quando appellaret carceratus
 de præterito gravamine, sive allegaret causam gravami-
 nis de præterito, quia tunc non posset appellare post
 lapsos decem dies, & sic caute debet appellari à causa
 gravaminis de præterito: sic cum ibi hæc negata repositio
 non sit executio actualis prioris gravaminis, quia ipsa
 aliter sit; sed aliud & novum gravamen, adeo non of-
 ficit nostræ doctrinæ, & resolutioni.

Nec obstat tertium, & ultimum d. l. quod si nolit, ver-
 sic illud plene, ff. de edict. edict. l. non omnes, §. fin. de re
 milit. 1. & Tiraquell. de retr. ad conven. ad fin. tit. l. an. 42.
 quibus dicitur aliud esse promissionem de vendendo,
 aliud ipsam venditionem, quia ipsa venditio obligat de
 præterito, & promissio de vendendo obligat de futuro,
 hoc est, ad complementum obligatum ad venditionem
 sibi faciendam, ut latè ipse Tiraquell. ibi, num. 24. post
 alios;

alios: quia responderetur, quòd non, propterea unaque-
 que est diversa in se ipsa respectu illius effectus quem
 de iure operatur, ac ideo executio ipsius obligationis
 de vendendo, non est aliud, quòd ipsa promissio, quia
 executio est pars dispositionis principalis, quæ illi in-
 heret, secundum ea quæ exactius diximus infra, 4. part.
 cap. 1. post princ. ubi aliqua (quæ, & utilia, & necessaria
 sunt) adduxi ad hujus capitoli materiam, & ideo aliud
 est executio, effectus, seu complementum unius con-
 tractus sui ipsius & respectu ejusdem: aliud verò ipse
 contractus respectu alterius diversi, quapropter à sepa-
 ratis non fit bona illatio.

jure civili.

27 Cause meri, & mixti imperii de jure canonico dele-
 gari possunt, etiam per inferiorem à Papa.

28. 29. & 30. Carcerare non potest delegatus de jure ci-
 vili cum limitationibus, secus de jure canonico.

31 Delegatus in civilibus an possit selem vacillantem
 torqueri.

32 & 33. Et an tunc illum capere possit.

34 Carceratio dicitur injusta facta à privato.

35 Et quando quis incidat in penam privati carceris,
 remissio.

36 & 37. Carceratio dicitur injusta à iudice Ecclesiasti-
 co laici sine brachio seculari, etiam in causis, qui-
 bus de illo potest cognoscere.

38 Iudex Ecclesiasticus licet in spiritualibus habeat in
 laicos jurisdictionem, intelligatur quoad excommuni-
 cationem, & remedia Ecclesiastica, non carcerem,
 nisi invocato auxilio.

39 Carceratio in laicos per Ecclesiasticum absque auxilio
 dicitur injusta, & nulla, & recursus ad Regem
 legitimus.

40 & 41. Et quibus remediis, ibid.

42 Carceratio dicitur injusta facta per iudicem habentem
 jurisdictionem super qualitate, de qua tamen
 non constat.

43 & 44. Qualitas, quæ deservit jurisdictionem, ante omnia
 discutit, & probari debet.

45 Jurisdictionis exercitium, ut attribuitur satis est
 qualitate in libello deducere, licet de ea queat
 dubitari.

46 Qualitas tamen illa si à principio negetur, debet
 constare summaria, plene tamen.

47 Concubinam clericus ut capiat Ecclesiasticus, si sit ux-
 rata, debet esse concubinatus notorius.

48 Iudex secularis ut de concubinatu cognoscat, debet
 esse notorius.

49 Carcerari non potest habens salvum conductum à
 Principe.

50 & 51. Salvus conductus in epistola Principis habet
 vim legis.

52 Captus sub salvo conducto ita debet in pristinum re-
 laxari, ut amplius capi non possit.

53 Captus in Ecclesia ita debet relaxari, ut iterum capi
 non possit.

54 Relaxare obligatus debet captum ponere extra suam
 territorium in loco quo capi non possit.

55 Et ut diffidit sit ejus persecutio.

56 & 58. Salvus conductus infringitur per novum deli-
 ctum, & etiam, respectu antiqui.

57 Princeps satis offenditur per delictum.

59 Clericus incarcerari non potest pro debito civili.

60 Secundum magis, & probabiliorem communem.

61 Clerici non conveniuntur, ultra quam facere possit.

62 Clericus pauper nec carceratur, nec bonis cedere cogitur
 sed cautionem juratoriam præstat.

63 Fructus beneficii sequestrantur ob debitum clericum, ut
 satisfiant creditores ad congrua præstanda clerico.

64 Ludovici Gomezi opinio reprobat.

65 Clericus obligatus in forma Cameræ, an possit licitè
 pro debito incarcerationi.

66 Clericus ut gaudeat privilegio C. Odoardus, debet esse
 in sacris, aut alari, seu ministerio Ecclesie deserviens.

67 Clericus pro debito ante ordinem susceptionem an
 possit carcerari.

68 Clericus etiam in sacris pro debito potest capi, si sub-
 sit fuga suspicio, & exportat rei suæ.

69 Clericus ut reddat depositum potest incarcerationi.

70 Clericus justè capitur pro debito ex delicto etiam ci-
 viliiter tractato.

71 Clericum conductorem Regii vestigialis posse carcerari,
 & in carcere seculari.

72 Monachus pro debito civili capi non potest.

CAPUT IV.

Quando, & quibus casibus iudex Ecclesiasticus vim
 faciat, non deservens appellationi interpositæ à car-
 ceratione, seu detentione, ut qualis ea injusta
 sit, intelligatur: & quid ab ejus relaxatione.

SUMMARIUM.

- 1 Carceris attributa.
- 2 Carcer est inventus ad custodiam, ut delicta non man-
 eant impunita.
- 3 A carceratione iusta appellationi non deserentem vim
 non facere, decernit Senatus.
- 4 A carceratione injusta, & minus legitime facta ap-
 pellationi deserendum, decernit Senatus.
- 5 Carcerationis gravamen continet damnum irrepara-
 bile per diffinitivam.
- 6 A Carceratione injusta licet appellare interim reo man-
 ente in carceribus iudicis à quo, donec superior
 aliud censeat, ibid.
- 7 Carceratio ex quos casibus injusta dicitur.
- 8 Carceratio injusta est facta per iudicem incompeten-
 tem, aut alias jurisdictione carentem.
9. 10. & 11. Carceratio ab incompetenti facta ad effectum
 remittendi suo iudici non tamen cognoscendi, iusta
 dicitur.
- 12 Carcerare potest iudex incompetens ad effectum rem-
 mittendi, etiam si sit periculum in mora.
- 13 Carcerare potest secularis iudex clericum repletum in
 flagranti, vel in causa proxima ad delinquendum,
 & remittendum suo iudici.
- 14 Capi potest miles à iudice ordinario ad effectum rem-
 mittendi.
- 15 Vicarius foraneus non est ordinarius, sed delegatus.
- 16 Vicario generali quando censeantur commissæ cause
 criminales, & alia requirentes speciale manda-
 tum.
- 17 Vicarius foraneus licet de causis criminalibus non cog-
 noscat, tamen potest carcerare adhibita informatio-
 ne ad effectum remittendi.
- 18 A vicario foraneo carcerante clericum, ut remittat
 appellationi emissæ, Senatus vel non fieri, vel res-
 mittendo non hæc fuerit, &c. decernit.
- 19 A carceratione facta per delegatum appellationi de-
 ferendum, declaratur.
- 20 Carcerare potest delegatus, quando de fuga timetur.
- 21 Carceratio per iudicem non habentem merum imperi-
 um dicitur iniusta.
- 22 Carceratio est mixti imperii, quo caret delegatus etiam
 post litem contestatam.
- 23 Delegare potest Princeps causas meri, & mixti
 imperii.
- 24 Imperii meri quæ sint genera, & quæ delegabilia.
- 25 Coërtionem modicam quilibet delegatus, vel ordina-
 rius recipit.
- 26 Delegatoria sunt quæ competunt iure magistratus de